AUGUSTINUS. ISIDORUS HISPALENSIS
Göttweig (?), 12. Jh. Seite 118r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36527
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



uerunt oculi tui. mei aut non. Est enim qualiscumque in
aliis generibus temptacionum mihi facultas explorandi
me. in hoc pene nulla. Nam et a uoluptatibus carnis. et
a curiositate superuacanea cognoscendi. uideo quantum
assecutus sim. posse refrenare animum meum. cum eis rebus
careo uel uoluptate. uel cum abs. tunc enim me interrogo
quam magis minus ue mihi molestum. sit non habere. Diuicie
uero que ob hoc expetuntur. ut alicui trium istarum cupidi
tatum uel duabus earum uel omnibus seruiant. si per semet scire
non potest animus. utrum eas habens contempnat possunt
et dimitti. ut se probet laude uera ut carentem. atque in eo
experiamur quid possimus. Numquid male uiuendum
est et tam perdite atque inmanitur. ut nemo nos nouerit
qui non detestetur. Que maior demencia dici aut cogitari
potest. At si bone uite bonorumque operum comes et sole
et debet esse laudacio. tam comitatum eius quam ipsam bonam
uitam deseri non oportet. Non autem sentio sine quo esse aut
equo animo. aut egre possim. nisi cum affuerit. Quid igitur
tibi in hoc genere temptacionis domine confiteor. Quid nisi
delectari me laudibus. sed amplius ipsa ueritate quam lau
dibus. Nam si mihi proponatur. utrum mali furens. aut in
omnibus rebus errans ab omnibus hominibus laudari. an
constans et in ueritate certissimus ab omnibus uituperari.
uideo. quid eligam. Ueruntamen nolle ut uel augeret
mihi gaudium cuiuslibet boni mei suffragatio oris alie
ni. sed auget fateor non solum. sed et uituperatio minuit.
Et cum ista miseria mea perturbor. subintrat mihi excu
sacio que qualis sit tu scis deus. Nam me incertum
facit. Quia enim nobis imperasti. non tantum continenciam.